diem sabbati sanctifices. Ubi ad litteram precipitur sabbati observancia quantum
ad celebritatem. Moraliter vero ut requiem habeamus a viciis. Sed
cum omnia legis precepta sint memorie diligenter commendanda, quare est
quod in hoc precepto 3° et non in aliis dicitur memento. Solucio: illud preceptum non erat simpliciter subiectum rationi
non erat simpliciter subiectum rationi sicut alia precepta, quia de racione dicti quia
celebrandum esset et vacandum divinis obsequiis, ut cerimonialis non
moralis. Quamvis preceptum illud quo ad eius substanciam sit morale
et ideo dicitur memento ut diem sabbati sanctifices. ¶ 4m preceptum ad premium 4m
temporalem ordinatur secundum litteralem intellectum, sicut prima precepta ordinantur
ad premium celestem. Et dicitur sic: Honora patrem tuum et matrem tuam ut
sis longevus super terram etc. Parentes enim sic sunt honorandi ut eis debi-
ta reverentia exhibeatur et necessaria ministrentur. Sed cum pro omnibus et singulis preceptis
debeatur premium, quare est quod in isto solo precepto ponitur pro premio ut sis longevus
super terram? Et videtur quod eadem racione deberet expressum fuisse premium circa alia
precepta. Solucio: quia istud preceptum videtur esse de debito naturali et inclinacione nature
Hoc de precepta. Solucio: ... preceptum videtur esse debito naturali ... 5m
honore parentum ac privato amore. Et ideo potuit videri ipsis credidisse quod non sunt meri-
torium premium. Et ideo est eius plus ... premium expressum. ¶ 5m
preceptum est non occides. Ubi ad litteram actus homicidii prohibetur. Spiritualiter
vero intelligenda est eciam voluntas occidendi prohibetur. Et ideo hunc mandato
secundum litteram fit super superaddicio in evangelio per eum qui dicit non veni solvere
legem sed adimplere, Matthei 5° capitulo, quia secundum litteram evangelium exprimitur quod Aug.
... legis non exprimebat. ¶ 6m preceptum est non mechaberis, id est ne cum aliqua 6m
muliere misceatur excepto federe matrimonii, a parte enim eius coniugis intelligere Expone eius coniugis melius Aug.
nomine quo mechie ut dicit Augustinus super Exodum: omnis concubitus illicitus illorumque
membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi. ¶ 7m preceptum est non 7m
furtum facies. Ubi prohibetur sacrilegium et omnis rapina. Non enim rapinam fieri
permittit qui furtum fieri prohibuit. Sed furti nomine hoc loco intelligitur bene
omnem illicitam usurpacionem rei aliene. Hic et usura prohibetur, que secundum beatum
Jeronimum sub rapina continetur. ¶ 8m preceptum est non loqueris contra proximum tuum Je. 8m
falsum testimonium. Ubi omne mendacium et periurium prohibetur. ¶ 9m preceptum est 9m
non desiderabis uxorem proximi tui. ¶ 10m preceptum est hunc similiter non concu- 10m
pisces domum proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum
nec omnia que illius sunt. ¶ Sed videtur quod ista duo ultima precepta sint
superflua, illud enim de non desiderando alterius uxorem videtur idem esse cum
illo precepto quo dicitur non mechaberis. Aliud de non concupiscendis rebus pro-
ximi videtur esse idem cum precepto septimo quo dicitur non furtum facies. Solucio:
In precepto 6 et in septimo precepto opus est prohibitum. In istis vero duobus concupiscencia mala 4. 1. opus ... et actus
interior prohibetur, ita quod illa duo precepta manum prohibent, ista vero ultima
duo prohibent animum. Nec obstat dicta scriptorum que sepe videntur sonare ad
hoc quod evangelium et lex moysaica penes hoc differunt, quod evangelium
cohibeat animum, lex vero cohibeat manum et non animum, quia intelligendum
est quod lex penam non continebat expressam nisi quantum ad manum, non quantum ad